

piis, Princeps ille cæsus fuerat) attamen magni nominis duces non deerant, qui factionum principes effecti, ex Anglia, ac Germania conquisitis auxiliis, licet vieti, ac fracti, vehementius denuo atque acrius in Regem insurgerent. Et in Belgio malum in dies alternis cladibus recrudescebat. Quibus quemadmodum christianorum Principum vires mirum in modum imminui, ac debilitari videbantur, ita communis hostis efferebatur audacia, ut a ceteris bellorum curis liber, majori conatu ac spe tempublicam christianam præpotentibus armis invaderet.

1569

Finis Libri Octavi.

